



LAZARI

BAYFII ANNO-

TATIONES IN LEGEM II

De captiuis & postliminio reuersis,

in quibus tractatur De re nauali,

per authorem recognita.

EIVSDEM Annotationes in tractatum

De auro & argento legato,

quibus Vestimentorum & Vasculorum genera explicantur.

His omnibus, imagines ab antiquissimis monumentis
desumptas, ad argumenti declarationē subiunximus.

I T E M

ANTONII THYLESII De coloribus

libellus, à coloribus Vestium non alienus.



BASILEÆ ANNO M D XLI



FRANCISCO

VALESIO, REGI FE-

LICISSIMO, LAZARVS

BAYFIVS VICTORIAM.



ARCO Varroni assue/
rati disciplinas omnes,
Rex regum Christianissi
me, in Græcia intra mille
annorum tempora & in/
uentas & perfectas, facile
credat is, qui ad huiusce
nostri seculi felicitatē, qua
mirabiliter sub te princi/
pe fruimur, animum conuertere non grauabitur. Te

enim & authore & adiutore, his paucis quibus Gal/
liarū clauum tenes annis, plus promouisse literarum
linguarūq; studia uidebit, q̄ quantū sub alijs omni/
bus ab aduentu Francorū in Gallias nostris princi/
bus Sunt de regibus nostris, qui Iudæorū gentem su
perstitioni deditam è Gallia exterminauerint: tua ma
iestas, exclusa Iudæorū superstitione, Iudæorum lin/
guam Lutetiae Parisiorum sic uigere uoluit, ut habeat
non paucos, qui literarū Hebraicarū cognitione cum
ipsis Iudæorū Rabinis possint decertare. Græcos au/
tem

SO LAZARI BAYFII

ANNOTATIONES IN L. II. TRACTA
tus De captiuis & postliminio reuersis &
de redemptis ab hostibus lib.

XLIX. Pande-
ctarum.

L. II. Marcellus.

NAVIBVS LONGIS ATQVE ONERARIIS
PROPTER BELLI VSVM POSTLIMI-
NIVM EST: NON PISCATORIIS, AVT
SI QVAS ACTVARIAS VOLVPTATIS
CAVSA PARAVERVNT.




NTE QVAM ad huius legis
interpretationē aggredior, le-
ctorem pramonitum uolo, ut
existimet me in studiosorum
gratiam id oneris suscepisse,
Qui (si modo affecutus sum,
quod uolebam) hisce meis vi-
gilijs non mediocriter iuuari
poterunt, modò ne grauentur
ista nostra in manus sumere,
& tāta animi uel æquitate uel alacritate percurrere, quā-
ta nos ea diligentia, quantoq; tum studio, tū sudore con-
scripsimus. Euoluendi nobis fuerunt omnes qui extant
utriusq; linguæ authores, ut inde sumeremus ea quæ ad
naualis nostri, & armamentarij ornāmētum facere uide-
rentur: in quibus sanè colligendis, & undiq; conquiren-
dis, non parum molestiæ nobis fuit; in habendo autē de-
lectu iudicium adhibui, quale quātumq; potui conferen-

b dis

tur. Thucydides in 1. φαίνετ' ἢ ἐν ταῦτα πολλαῖς γῆραις οὐδ' ἴσα γῆρόμνα τ' Ἰωικῶν, ἴσῃσι μὲν ὀλίγαις γῆρόμνα, πρῶτον ποροῖς ἢ ἐπὶ ἐν πλοίοις μακροῖς ἀθροῖμα ἄσπερ ἰκένα. id est, uidentur autē hęc multis post Troianorū res seculis facta fuisse. Et paucis quidem utebantur triremibus, actuarijs autē quę quinquaginta remis agerētur, & longis præterea nauibus instructi erant, non secus ac illi.


Εὐκρίτης, quę uiginti remis agebatur, apud antiquos talis fuit,



Minores plerunq; uiginti, triginta aut quinquaginta remis agebatur, & a Græcis dicebantur εὐκρίτης, τριακόντες



VNC de fluuiatilibus dicendū, quæ sic dicuntur à Lúio primæ Decadis lib. X; Ibi captiuis proximo uico in custodiã datis, pars fluuiatiles naues ad superanda uada stagnorū aptè planis alueis fabricatas, pars captiua nauigia armatis complent. Polybius in III, ποτάμια πλοία uocat, his uerbis, καταλύσας δὲ διδυτρᾶν καὶ γαφυρώσας τοῖς ποταμίοις πλοίοις τῆς διάβασις, ἅσ' ἄρ' ἔβαλε ἢ ἐπέταξε διακομίσαι τὸ πλῆθος, αὐτὸς δὲ διαβάς ἑυθέως ἐχημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι περὶ βουταῖς ἅρ' ἑ σωεγγύς τόπων. idest, quum secundo die constitisset, flumenq; ponte fluuiatilibus lembis imposito iunxisset, Asdrubali negotiū dedit exercitū traiciendi: ipse autem traiecto statim flumine respōsa dabat legatis, qui aderāt à locis propinquis. Diodorus lib. XX. ἐν πολλῶν ἢ σκαφῶν ποταμίῳ αὐτῷ περὶ κλυασμῶν, πάντων ἃ τότε ἔχοντων βέλη παντοία ἃ τῶν χρησάμενός αὐτοῖς ἄνδρας, οἱ ποῦ τ' ἀντιγόνου μετρίως ἠπερὸντο. idest, multis illi conquisitis fluuiatilibus nauigiis, iis autem omnibus habentibus multiplicia telorum genera, uirosq; qui iis ex arte uti scirēt, Antigonus cum suis non leuiter premebatur. Idē in eodem de Semiramide: διδυκλυάσατο κατασκυάσαι ποτάμια πλοία διάκριτα δια τῶν μετακώμισις διακεκομμένα ἃ πάλιν ἄρ' μοζομένα. idest, curauit construenda nauigia fluuiatilia, quæ facile soluerentur, ut expedite magis transportari possent dissoluta, iterūq; ubi usus esset, cōpacita. Strabo eiusmodi naues πάκτωνας uocat libro XVII. διέβημεν δὲ εἰς τῆς νῆων ὑπὸ πάκτων, ὃ ἢ πάκτῆν διασκυταλίδων πεπηγός ἐστι σκάφιστον, ὡς τε εἰκόναι διπλοκίνω. Quod idē author πορριθμείον uocat. Inter fluuiatiles sunt lintres quæ remis agebantur, ut palàm fit ex Cæsare in VII Commentariorū: Conquirat etiam lintres, has magno sonitu remorū incitatas



- A** Corbis, unde Corbita.
B Cornua, antennarum extremæ partes
C Antennæ.
D Malus, isos.
E Carchesium, summa pars mali.
F Trachelus, mediâ pars mali.
G Pterna inferior pars mali.
H Opiferi funes.
I Calos
K Rudentes. Quanquam etiam à Plinio accipiatur rudens pro eo fune, quo navis ad terram religari solet: oram Latini, Græci prynnesia uocant.
L Parafemon.
M Puppis.
N Turres.
O Prora.
P Oculus.
Q Rostrum.
R Rostrum tridens.
S Epotides.
T Catastromata.
V Remi.
X Carina, alueus.
Y Columba, Dryochos.
Z Clauus.
& Gubernacula.

A Gubernacula
 B Anchoræ
 C Antennæ
 D Foris
 E Gubernacula
 F Tonsæ



A $\chi\lambda\iota\sigma\kappa\omicron$, Anserculus. B Anchoralia.
 C Anchora. D Fori, hedolia.
 E $\pi\eta\theta\lambda\iota\omicron\gamma$, Gubernaculum, Temo.



A Gubernator, $\kappa\omicron\lambda\sigma\pi\upsilon\tau\eta\varsigma$
 B Remiges, Nauta, $\phi\epsilon\tau\alpha$.
 C $\pi\pi\omega\pi\epsilon\upsilon\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\pi\pi\omega\pi\alpha\tau\upsilon\varsigma$, Latinis proreta, qui
 proram regit. Iureconf. in lege, Cotem.
 §. Dominus. ff. De publicanis.
 D Acroteria.
 E Thronus.

LAZARI BAIFII
DE RE VE
STIARIA

LAZARI BAYFII ANNO

TATIONVM IN L. VESTIS, FF.

De auro & argento leg. Liber.

Caput I.



VNT qui putēt inter uestem & stolam hanc esse differentiam, ut quum uestis appellatione, omne uestimentū comprehendatur, muliebri iuxta ac uirile, stolæ mulierum tantum uestimenta intelligantur. Quos sequutus uidetur Vipianus hic, qui stolā inter muliebria uestimenta annumerat.

Et autorem uidetur habere locupletissimum Ciceronem Antoniana secunda, in hæc uerba, Sumpsisti uirilē togam, quam statim muliebrē stolam reddidisti. Ego uero haud magno in discrimine ponā, dicat ne quis, uestē aut stolam, quū ex autorū obseruatione, quin hæc duo uocabula *σωώνυμα* sint, parum abesse existimem. Vete res enim stolam dixerūt omne quod corpus teget. autor Nonius. Cicerō quoq; cum muliebrē adiicit, sentire uidetur stolam quoq; uirorū fuisse: quod & probari potest ex autoribus à Nonio citatis. Græci uerò, uel potius quidam Græcarum elegantiarū scriptor, ait, uestis, quam *ἰδίτη* uocat, appellatione omne uestimētum contineri: stolam uero indumenti rationem quandam, ac modum demonstrare, ut alia stola Græcorum, alia Barbarorum. Quo in significato utitur Plutarchus, cū alibi, tū in Alexandro, *ἰνίκηρον*, inquit, *ὁ καλέμενον ἄλιξανδρο*, καὶ *σωρών* ἐλαβε δ' ἰδίτην κίμας, καὶ σολὴν πόρσικην χεῖδται. hoc est,

u Vicie

Stolata mulieris figura ex antiquissimis monumentis, quae etiam hodie Romae inveniuntur.



Paludamēti & sagi, ac caligæ militaris figura, ex antiquis marmoribus Romæ inuēta



C 2

OPUS VULGARIUM

LAZARI BAIFFII

LAZARI BAIFFII

 DE VA

SCVLIS

G

LAZARI BAYFII ANI

MADVERSIONES IN TRACTA
tum De auro & argento
legato.



IN capite Vxori quis lega-
uit, quæsitum est an carru-
ca dormitoria. Carruca ue-
hiculi genus est à carro de-
ductū. Quam & rhedam uo-
cat Martialis, ubi de Basso,
Faustine plena Bassus ibat
in rheda. Subdit enim.
Nec feriatas ibat ante car-
rucam. Plinius libro tri-
gesimotertio, conqueritur

quòd sua ætas carrucas ex argento celare inuenerit, quas
& aureas fuisse testatur Martialis in quinto,

Aurea quod fundi prætio carruca paratur.

Antonius Heliogabalus, ut author est Aelius Lampridi-
us, cum priuatus esset, iter nunquam miuus sexaginta ue-
hiculis fecit: Imperator uero etiam sexcenta uehicula di-
citur duxisse: asserens decem millibus camelorum, Persa-
rum reges iter facere: & Neronē quingentis carrucis iter
iniisse. Surenas autem persarū regis præfectus, *ἑξήλκωνε*
καθ' ἑαυτὸν ἅς χιλίας σκευοφορέμων καμήλων καὶ ὄνων
ἀπὸ τῆς Ἰακωβίτιδος παλακίδου. Plutarchus in Crasso,
Δημοδότης πρὸς τῶν συμμορίων, de eodē rege persarū inquit:
καὶ τί ποτ' ὄνιν πρὸς ὄνων καὶ χιλίας καμήλων, ἅς βασιλεὺς
τὰ χεῖματα ἀγρῶν φασὶν ἔχει. Plutarchus etiā in Alexādro,
τῶν ἰακωβίτων κατασκευῶν, καὶ τὸ πλεόντων ἐκκομιδῶν αἰφασίμω
εἰς οὐκ ἐπιεικῆς ἰσχυροῦ καὶ πρὸς ἰσχυροῦ καμήλων. A carruca

G 2 dicun

Vrceoli ministratorij forma, ex antiquis marmoribus desumpta,



ANTONII THYLESII
COSENTINI DE COLORIBVS
LIBELLVS.



ICAM aliquid de coloribus in hoc libello, non quidē unde conficiātur aut quæ sit eorū natura: neque enim pictoribus hæc traduntur aut philosophis, sed tantū philologis qui Latini sermonis elegantia studiose inquirūt. Scribam omnia breuiter & accurate, ac rerum ipsarum nomina quo statim colores intelligantur, singulis apponam.

COERVLEVS CAP. I

EXordiar primū à cœruleo: quo nisi natura ipsa maxime gauderet, nunq̄ p̄fecto deorū hoc domiciliū, Continuo circum complexu cuncta coercens, specie tam læta uniuersum exhilarasset. reliquos deinde contexam. Cœruleus igitur dicitur, quasi cœluleus, ut ex uoce ipsa apparet, proprie color est cœli, sed sereni: id quod Ennius respiciens, Cœli, inquit, cœrula templatque inde ab omnibus mare appellatur cœruleum: refert enim illud eundem, quē ab ipso superne accipit cœli nitorem. Quare ex antiquis nonnulli, ut alterum Homeri opus, propter cædes, de quibus illic poeta loquitur, colore exornabant sanguineo: sic Odysseam, ubi Vlyssis idem maritimos scribit errores, membrana contegebant cœrulea. Sed quoniam cœrulei quēdā species est penē nigra, ut quod Indicum dicitur, eoq̄ olim uestitu Græcæ mulieres amictæ producebant eorum funera, quorum in cœlum animas migrasse cœruleum existi-

O 2 mabant



BASILEÆ APVD HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM ANNO
M D XLI

